

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertationem De Coeliaca Passione, Gratiissimae  
Facultatis Medicae Indultu**

**Kummer, Johann Gabriel**

**Basileae, 1709**

Thesis XVI., XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-41461](#)

tacea magis sunt & indigesta , ob bilis & lymphæ pancreaticæ atque intestinalis inertiam ; si autem obstrunctiones in panereate vel intestinalibus glandulis non veniunt accusandæ , sed solius bilis defectus , grysea magis sunt vel albicantia , usque tamen consistentiam aliquam habent : in priori verò casu , ubi vasculorum lacteorum obstructio vel coalitio in causâ præcipue est , neque coloris quem fæces habere debent , neque etiam consistentia ratione , multum desiderari potest , sed solæ chylosæ guttulae superficiem ipsarum comitantes chyli perfectam distributionem sufflaminatam esse demonstrant.

#### THEISIS XVI.

Signa , quibus à cognatis affectibus differt , quod concernit , differt symptoma hoc i. à. Lienteria , quod in hac assumta non mutata , sed cruda & prout erant ingesta , protenus per alvum excernuntur 2. à Diarrhoeâ proprie sic dicta , quod in hac omnis generis humores , præter alimentum & sanguinem , sine prævia exulceratione tamen intestinalium deiiciuntur 3. à Fluxu Hepatico , quod in isto sanguis loturæ carnium similis , plus minus aquosus , per anum frequenter excernitur .

#### THEISIS XVII.

Prognosir quod attinet , dicimus affectum hunc , non prorsus contemendum esse , in primis in pertinaci dictarum partium obstructione , cum enim chyli secretio & anadosis , tum pro Massa Humoralis in suâ dulcedine conservatione , tum pro corporis nutritione , & etiam fluidi animalis restauratione necessaria sit , satis utique patescit , ni affectus hic tempestivè curetur , humores fatiscere spiritus absumi , totumque corpus leatâ tabe consumi necesse habere . Appetitus integer , sitis absentia , urina naturalis similis , somnus placidus , atrophia nondum summa , & viarium robur nondum pessundatum , uteunque morbus diuturnior fuerit , felicem tamen successum spondent , rite adhibitis congruis medicamentis & diætâ . Alvi fluxus chylosus ,